



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

179. Parabola vigesima quinta, Pharisæi & Publicani.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in novissimo veniens fugilet me. *Luc. 18. v. 4. & 5.*

MEDITATIO CLXXVIII.

Expositio precedentis parabole.

I. **A** It autem Dominus : Audite, quid iudex iniquitatis dicit : Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? *Luc. 18. v. 6. & 7.*

II. Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Verumtamen filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra? *Luc. 18. v. 8.*

MEDITATIO CLXXIX.

Parabola XXV. Pharisei & Publicani.

I. **D**ixit Iesus & ad quosdam, qui in se confidebant tanquam justi, & aspernabantur ceteros, parabolam istam : Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent : unus Phariseus, & alter publicanus. *Luc. 18. v. 9. & 10.*

II. Phariseus stans, hæc apud se orabat : Deus, gratias ago tibi, quia non sum, sicut

D. N. IESV CHRISTI. 165

ceteri hominum : raptores, iniusti, adulteri :
velut etiam hic publicanus, Iejuno bis in
sabbato : decimas do omnium, quæ possi-
deo. *Luc. 18. v. 11. & 12.*

III. Et publicanus à longè stans, nole-
bat nec oculos ad cælum levare : sed percu-
tiebat pectus suum, dicens : Deus propitius
esto mihi peccatori. *Luc. 18. v. 13.*

IV. Dico vobis, descendit hic justifica-
tus in domum suam ab illo : quia omnis qui
se exaltat, humiliabitur : & qui se humiliat,
exaltabitur. *Luc. 18. v. 14.*

MEDITATIO CLXXX.

*Parabola XXVI. De operarijs in
vineam conductis.*

I. **D**ixit Iesus discipulis suis parabolam
hanc : Simile est regnum cælorum
homini patrifamilias, qui exijt primo mane
conducere operarios in vineam suam. Con-
ventionem autem factâ cum operarijs ex de-
nario diurno, misit eos in vineam suam.
Matth. 20. v. 1. & 2.

II. Et egressus circa horam tertiam, vidit
alios stantes in foro otiosos, & dixit illis : Ite
& vos in vineam meam : & quod justum
fue-